Per adventum Spiritus Sancti Paracliti, libera.
In die judicii, libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas, te rogamus.
Ut nobis indulgeas, te rogamus.
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rogamus.
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, et conservare digneris, te rogamus audi nos.
Ut Domnum Apostolicum, et omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris, te rogamus.
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus.
Ut Regibus et Principibus Christianis pacem et veram concordiam donare digneris, te rogamus.
Ut cuncto populo Christiano pacem et unitatem largiri digneris, te rogamus.
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, et conservare digneris, te rogamus.
Ut mentes nostros ad cælestia desideria erigas, te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus audi nos.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus.
Ut fructus terræ dare, et conservare digneris, te rogamus.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus audi nos.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus.
Fili Dei, te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Quand la novice est habillée, elle revient s'agenouiller à la balustrade et lorsque les litanies sont terminées, l'Officiant debout et tourné vers l'autel, chante les versets et oraisons qui suivent.

℣. Exultabunt sancti in gloria.	℣. Les saints dans la gloire tressailleront d'allégresse.
℟. Lætabuntur in cubilibus suis.	℟. Ils seront inondés de joie dans leurs demeures éternelles.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.	℣. Seigneur, répandez sur nous vos miséricordes.
℟. Quemadmodum speravimus in te.	℟. Selon l'espérance nous avons mise en vous.
℣. Domine exaudi orationem meam.	℣. Seigneur exaucez ma prière.
℟. Et clamor meus ad te veniat.	℟. Et que mes cris s'élèvent jusqu'à vous.